

Joachim Stockmann

**Programma Quo Prorektor Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockmann,
Medic. D. & Prof. Ad Exequias Quas Coniugi suae desideratissimae Sarae
Knesebeckin Maritus moestissimus Dn. Caspar Distler/ Civis & aromatarius apud
nos industrius atque integerrimus paratas cupit: Cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771564082>

Druck Freier  Zugang



Stockmann, J.,
in S. Knesebeck,
uxor. C. Distler.

R. 1652.

Johas Knesbeck
⊗ Bürger & Kaufmann
in Rostock.
x Sara Barnow.

Henricus Knesbeck x
Kaufmann und Brauer in
Rostock.

Claus Treerf
Bürger & Brauer in Rostock
x Margaretha Händerknecht's

Elisabeth Treerf


Sara Knesbeck

* 10.8.1611. + 4.3.1652 Rostock, □ 9.3.1652 St. Marien in Rostock.

⊗ Caspar Distler Bürger und Gewürzhändler (cris aromatarius)
in Rostock.

5. Söhne & 4 Töchter. Von letzteren waren 3 beim
Tode der Mutter schon verstorben. Die die Mutter überlebende
Kinder waren:

Henricus
Johannes
Caspar
Constantinus
Jacobus
Elisabela.



Der Stammbaum
nach den Angaben
dieses Leichenspro-
gramms:

D. W.

PROGRAMMA

Q V O

PRORECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOACHIMUS STOCK-
MANNUS, Medic. D. & Prof.

AD EXEQUIAS

Quas


Conjugi sua desideratissima

SARÆ Knesebeckin

Maritus mestissimus

DN. CASPAR Distler / Civis &
aromatarius apud nos industrius atque
integerrimus
paratas cupit :

Cives Academicos sedulo invitat.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typog.
Anno M. DC. LII.


PROGRAMMA
PROFECTOR
Universitatis Rostochensis
IOACHIMUS STÖCK
MANNUS, Medic. D. & P.ice
AD EXERCITIAS

SARAE
Roeselchii

DR. CASPAR
Civis &
Civis Academicus sedulo invitatus
Rostochii



ROSTOCHI
D. N. NICOLAI KILLER, Amd. P.ice
Anno M. DC. LXXII



Ur pleriq; mor-
 talium mortuos suos
 patrio ritu funerandos pu-
 tarint, rationem pulchrè
 mihi assignasse videtur Ju-
 lius Cæsar Scaliger, vir
 summi ingenii summæque
 doctrinæ lib. 3. Poët. esse nimirum cognata nobis
 semina quadam immortalitatis, cujus adeo finis ap-
 petentes, ut *¶* sepultura prospiciamus, *¶* nolimus
 cadaver nostrum malè haberi, *¶* idcirco nos esse solli-
 citos ejusmodi curarum. Humanum enim, inquit,
 ingenium, quod animæ nostræ vis est, cum se sciat
 immortale, optat quoq; ut corpus suum domicilium
¶ comes, quoad fieri possit, eadem felicitate fruatur.
 Edificat idcirco pyramidas eiq; condito imponit, ut si
 non universa temporum spatia aquare possit, aliqua
 tamen quam maximè longinqua superet. Barbaro-
 rum quidem sepultura à nostra adeo diversa est
 & aliena, ut nihil minus nobis quàm sepultura
 videa-

videatur: quippe qui mortuorum corpora aut ipsimet devorabant, aut defunctos, imò adhuc semivivos, canibus, vulturibus, aliisq; feris aut avibus dilaniandos projiciebant; apud ipsos tamen honestissima semper atq; sancta habitavit, & infelix existimatus, qui aliter funerabatur. Sepeliri enim honesto nemini negatum est unquam, neque in bellis adeo, ut Athenienses etiam capitis pœnam inflixerint ducibus, qui milites in prælio cæsos non sepelivissent. Veteris quidem Sapientiæ consulti sepulturam non adeò magni habendam docuerunt, ad corpus mortuum parum omninò facere rati, quo pacto id contabesceret. Unde Seneca, *Neminem, inquit, de supremo officio rogo, nulli reliquias meas commendo, ne quis insepultus esset rerum Natura prospexit. Quem sævitia projecit, dies condet.* Et disertè Mecænas ait:

Nil tumultum curo, sepelit Natura relictos.

Quò facit & responsum Diogenis, à quo cùm quæreretur, ubi sepeliri vellet, postquam naturæ debitum exsolvisset, in agrum, respondit, me projicite; cumq; regereretur; fore ut feræ illum & volucres lancinarent; Bacellum, intulit ille, prope me ponite, quo irruentes abigam: Rursum illi: atqui nihil senties: quid igitur, inquit

inquit Diogenes, oberit nihil sentienti ferarum
aut volucrum laniatus, facilisq; proinde, ut An-
chisæ quoq; Virgiliano, iactura sepulcri. In ne-
cessitudine quidem aliqua & nos fortiter, imò
Christianè magis sentimus, Spiritum nostrum à
CHRISTO & Angelis suscipi, qui nobis chario-
res esse debent omni necessitudine: corpus au-
tem terram fore, ex qua natum, quavis etiani-
ratione, quod docet Lucani versus à B. Augu-
stino usurpatus: *capit omnia tellus*

Quæ genuit: calotegitur, quinon. habet urnam.
Nec absimiles illi, quibus ad Cæsarem conver-
sus ita eum alloquitur (veruerat autem ille hu-
mari aut comburi occisorum in pugna Pharsa-
licâ cadavera.)

Nil agis hac irâ: tabesnè cadauera solvat

An rogas, hand refert: placido Natura receptat

Cuncta sinu.

Concludendum itaque tunc cum eodem Hip-
ponensi Antistite: *Multa ante me Christianorum
corpora terra non texit, sed nullum eorum quisquam
à celo & terra separavit, quàm totam implet presentia
sui, qui novit, unde resuscitet, quod creavit.* Extra
necessitatis autem casum & veteribus & Chri-
stianis etiam maioribus nostris maximum semper in

per in sepultura studium fuisse, ex historiarum,
monumentis abunde liquet. Quocirca & nos piè
faciemus CIVES ACADEMICI, si funus quod
SARÆ suæ DISTLERUS, matronæ Christianæ
parat, comitari hodie frequenter non fuerimus
dedignati. Nata est anno CHRISTI cło lcc XI.
d. X. Augusti, parentibus in hac civitate piis &
honestis; patre quidem HENRICO Knesebek/
negotiatore ac Cerevisiario apud nos quondam
spectatissimo; matre verò ELISABETA
Preussin/ ex honesta familia orta, & matrona-
lium virtutum laude præstanti sæminâ. Avum
paternum habuit P E T R U M Knesebek/
Civem & negotiatorem apud nos olim haud in-
celebrem; aviam paternam SARAM Barnow-
swen. Avus maternus ei fuit Glauß Preuß/ Civis
& zythopœus heic quondam integerrimus; avia
materna MARGARETA Hundertmarcks/
matrona laudatissima. Ab his Parentibus cum
per lavacrum regenerationis ac renovationis in
Spiritu sancto, arbori vitæ, JESU CHRISTO,
illa tanquam surculus inserta, & piè casteque
postea educata esset, viro matura plenisque jam
annis nubilis, anno cło lcc XXVII. de volun-
tate ac consilio parentum agnatorumq; nuptum
data est DN. CASPARI DISTLERO,
Civi &

Civi & aromatario apud nos, viro bono, recto, aperto, simplici, à fūco & dolo alieno. In quo conjugio satis facundo, intra XXV. annorum spatium novem liberorum mater facta, filias quidem tres ad meliorem vitam jam olim præmisit; quinque verò filios, utpote HENRICUM, JOHANNEM, CASPAREM, CONSTANTINUM & JACOBUM, & unam filiam ELISABETAM viduo mæstissimo superstites reliquit. Cum tabe ab annis bene multis confictata est, ad quam partitudinis labores ac molestiæ ante hebdomadas aliquot accessere, quæ vires corporis reliquas ita afflixere & prostravere, ut, quamvis Ipsa enixa prolem, omnem tamen recuperandæ sanitatis spem abjiceret, & proinde emigrationem ex hoc miseriarum hospicio tranquillam & placidam unicè desideraret. Quam etiam sumpto SS. cænæ Dominicæ viatico, d. IV. Martii intra primam & secundam horam pomeridianam tandem impetravit.

Jam verò Christianorum ut fiducia; sic sapientia est propria, resurrectio mortuorum, ut Tertulliani verbis utamur. Sciunt enim quod caro & visui, & contactui, & recordatui suo erepta, se receptura quandoque sit in integrum de corrupto, in solidum de casto, in plenum de in
anito,

anito, in aliquid omninò de nihilo. Hujus verò
sapientiæ augendæ, & fiduciæ confirmandæ ad-
minicula non postrema sunt, tum curationes fu-
nerum & exequiarum pompæ; tum ipsa etiam
mortuorum sepulchra. Nam

Sunt testes vitæ tumuli, finemq; fatentur

Esse quidem alterius, principium alterius.

Ut hujusmodi meditationum in mentem veni-
ant **CIVIBUS ACADEMICIS**, ad dedu-
ctionem hodierni funeris frequentiore comitatu
-cohonestandam ut accedant, magnopere ro-
gamus, P.P. d. IX. Martij, anno recu-
peratæ gratiæ cl. 1671.

Conventus fiet in aede B. Virginis


sacra, ad H. 7.



GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.

Civi & aromatario apud no
aperto, simplici, à fūco & de
conjugio satis fæcundo, intra
spatium novem liberorum
quidem tres ad meliorem vi
misit; quinq; verò filios, utp
JOHANNEM, CASPAR
TINUM & JACOBUM
ELISABETAM viduo m
tes reliquit. Cum tabe ab ann
flicata est, ad quam partitudo
lestiæ ante hebdomadas aliq
vires corporis reliquas ita affli
ut, quamvis Ipsa enixa prole
recuperandæ sanitatis spem ab
emigrationem ex hoc miseria
quillam & placidam unicè d
etiam sumpto SS. cænæ Domi
Martii intra primam & secun
ridianam tandem impetravit

Jam verò Christianorum
entia est propria, resurrectio
Tertulliani verbis utamur. S
caro & visui, & contactui,
erepta, se receptura quandoq;
corrupto, in solidum de cass



the scale towards document

no, recto,
In quo
annorum
ta, filias
olim præ
RICUM,
NSTAN.
n filiam
supersti
ultis con
es ac mo
ere, quæ
ostravere,
m tamen
proinde
itio tran
Quam
co, d. IV.
n ponie
sic sapi
um, ut
m quod
latui suo
gram de
um de in
anito,